

K. 105. 85.
1099.

se in munitis oppidis et mittentes tradunt ei ceteras civitates, timentes, ne hostiliter devastaret terram. Interea dux Bracizlaus dispositis presidis per civitates, quas sibi tradiderant, et eas fratri suo Borivoy committens reversus est in Boemiam; Ottonis autem filii Zusopluk^a et Ottik^b cum matre sua, Eufemia¹ multum obedientes duci erant et fideles. Item eodem anno dux Bracizlaus in civitate Domini Bolezlaum per sororem sibi propinquum² invitavit ad convivium, quod erat in urbe Sate dispositum, ubi in ipso festo consentientibus omnibus comitibus Boemie factus est Bolezlaus ensifer avunculi sui. Quem post festum dux remittens ad propria dono⁴ dat sibi et constituit, quatenus ensifere dignitatis pro ministerio ex tributo, quod pater suus Wladizlaus solvebat, annuatim semper C marcas argenti et X auri talenta habeat.

X. Anno dominice incarnationis MC. Dux Bracizlaus quibusdam referentibus habegis compertum pro certo, quod imperator in urbe Magonia^a pascha celebrare vellet, optatum ratus fore, ut illuc electum suum Hermannum mitteret, qui et munera sua cesari deferret et quam expectabat a magistro suo benedictionem acciperet, et committens eum Wigberto^c, qui similiter debuit interesse cesaris palatio, rogat, ut in omni suo faveret negotio tempore opportuno^b. Sed quoniam archipresul Rothardus^d symoniaca heresi infamatus^e relicta Magonia hisdem diebus^f morabatur in Saxonia, iubente imperatore et collaudantibus omnibus suffraganeis Magontin^g ecclesie a cardinali Röperto^h, Clementis pape apocri-

^a) so A 1^a, 8. B; Z-plyk C 3; Svatopluc A 2^a; Svatopl(y)k C 2^a. b) Otto A 2^a. c) so A 2^a. d) dona A 3. C 2. e) Magontina A 3^a, C 1^b; Maguntina B; Maguntia A 2^a. b) et — oport. fehlt A 1^a. c) Wigberto A 2^a. d) fehlt A 3. e) so A 2^a (Routh-9); Rutardus A 1^a; Roth- C 2; Ruth- die übrigen. f) temporibus A 2^a; Maguntinae heresi; Maguntia B; Maguntia A 2^b; Magontia A 3; Magontie die übrigen. h) so A 2^a (Roup-2); Roup- C 2; Rupperto B; Rupp- die übrigen.

1) Nach einer Quelle des 15. Jahrhunderts (Johannes de Thurocz) Tochter des ungarischen Königs Bela I.; vgl. B. Duñič, Gesch. Mährens II, 374. Als ihren Todestag nennt das Necrol. Bohem. S. 11 den 2. April. 2) Die Mutter des polnischen Königs Boleslaus III., Judith, war die Schwester des Herzogs Bretislav II., also der Bohme der Oheim des Polen. 3) Novotný Č, D. I, 2, 396, N. 3 berichtet das Versuchen bei Meyer v. Kromau V, 100, N. 6, der unter diesem Wäbert den Papst Clemens III. anstatt Wiprecht von Groitzsch verstand. 4) Vgl. Meyer v. Kromau V, 28 ff. 5) Robert, Bischof von Faenza; vgl. über ihn Schwärz, Die Besetzung der Bistümer Reichstheins (1913), S. 171, N. 2 [H. Br.].

sario^a, qui forte ibi aderat, ordinatus est Hermannus^b K. 106. 3.
episcopus in octavis pasche VI. id. Aprilis. 1100.
Apr. 8.

XI. Eodem anno ammirabile et seclis commemorabile quod divina gratia per merita sanctissime maritris^a Lucimile dignata est revelare miraculum¹, uti ipsi vidimus, vestre caritati pandimus. Nam donna abbatisa Windelmuth^b, famula Deo devota, ecclesiam sancti Petri apostoli sitam in territorio eiusdem monasterii, cui preerat, ex vetustate a fundamenta dirutam usque ad perfectionem deducens reedificavit^c. Quam ut consecraret presul^d, cum impetrasset abbatisa, dum ex more^e reliquias sanctorum collocat^e in pixide, inter alia obtulit donna presuli pannum unius palme latum, quem acceperat de peplo sancte Ludmille, rogans, ut similiter inter reliquias sanctas ponat eum in pixide. Tunc presul quasi indignans ait: 'Tace, donna, de eius sanctitate, dimitte anam^f.⁴ quiescere^g in pace⁵!'. Ad hec abbatisa, 'Noli', inquit, 'domine, noli talias^g dicere; multa enim Deus per eius merita cotidie operatur magna^h.⁶ Mox iussu presulis sartago affertur^h magna prunis ardentibus plena, ubi invocato sancte trinitatis nomine presul iniecit pannum super flammivomos carbones. Mira res, funiculus et flammicula circa pannum emicuit, sed minime nocuit. Et hoc etiam magni fuit in augmentum miraculi, quod propter nimium ardorem diu non potuit pannus de flammis eripi et tandem ereptus sic visus est integer et firmus, ac si eadem die foret textus. Quo

^a) apocriario A 3^a, B. b) dominus Herm. A 3. c) VII A 2^a. III, 11 (A 1^a, 2^a, 3. B. C). — a) maris C 3^a; miris die übrigen. b) Whdel- ruzt A 1^a. c) reedificat C 3. d) presul — more fehlt A 3. e) collocans A 3. f) so A 1^a, 2^a; a viam A 3; a unam a viam B; an unam a viam C^a (am Rande von später Hand. Die alte große Mutter' C 3). g) in pace quiescere. Noli inquit abbatisa, noli domine talia A 2^a. h) offertur C 3.

1) Vgl. hierzu meine beiden Aufsätze Cosmas u. Christian S. 23 ff. und Zur Lösung der Christianfrage S. 42 ff.; dann gegen die Einverleibungen Pekar's Novotný Č, D. I, 2, 388. 2) Dobner, Annales VI, 35 identifiziert sie mit jener Vencelmunt abbatisa, deren Todestag im Necrol. Bohem. S. 15 zu VIII. kal. Nov. verzeichnet ist. 3) In der Cosmasausgabe Font. rer. Bohem. II, S. VIII, N. 2 wird darauf aufmerksam gemacht, daß bei Dobronusky-Pelzel und Köpke irrig diese Peterskirche nach Prag verlegt wird; sie lag wahrscheinlich auf einem zum Kloster gehörigen Gut außerhalb Prag's. Vgl. Novotný Č, D. I, 2, 719. 4) Die Verbendung annus avia (vgl. oben N. f) findet sich bei Caelius III, 11, 25; in gremio annus aviae; vgl. Thes. ling. Lat. s. v. annus (I, 199) und avia (I, 1419). 5) Luc. 2, 29; dimittis servum tuum . . in p. 6) Vgl. oben S. 66, N. 2.

K. 106, 26. tam evidenti presul^a et omnes nos percussus miraculo lacri-
 1100. mas fundimus^b pre gaudio et gratias retulimus Christo.
 Dedicata^c est autem ecclesia in honore sancti Petri apostoli
 V. non. Octobris^d.

OK. 18. XII. Item eiusdem anni XV. kal. Novembris^e Borivoy,
 frater ducis Bracizlai, in urbe Znogem^f faciens permagni-
 ficum convivium duxit uxorem nomine Helbirk^g, orien-
 talis marchionis Lupoldi^h sororem. Et quia hisdem die-
 bus filius Conradi Lutoldusⁱ per concessum Gotfridi^j
 admissus in castrum Raconz^k multas Borivoy inferabat^l
 iniurias singulis noctibus devastans eius villas et refu-
 gium habens in predictum castrum, unde dux Bracizlaus
 valde iratus iterum coadunato exercitu movit castra in
 Moraviam, volens ulcisci fratris iniuriam. Sed prius
 mittit ad Gotfridum obtestans eum per antique ami-
 citie^m federa, quos sibi Lutoldumⁿ aut vincetum mittat
 sine mora aut de castello suo eum expellat eadem hora.
 Quod cum non lateret Lutoldum, castellanis per fraudem
 foras exclusus ipse cum suis militibus vi obtinuit castrum.
 Tunc Gotfridus^o cum legatis, qui ad eum missi fuerant,
 occurrit duci iuxta oppidum Wranou^p et coram omnibus
 clamat Lutoldum^q perfidum esse et rei publice inimicum,
 castrum vero sibi sub fide amicablem prestitum, iam
 hostiliter ad expugnandum postulat ducis auxilium.
 Cuius petitioni dux non abnuens admovit exercitum urbis^r
 per circuitum, ubi per sex ebdomadas vi^m summa nocte
 et die conseritur pugna, donec fames^s, que firmas ex-
 pugnat urbes, prevaluit in castro. Ea victus^t Lutoldus
 et bello fractus noctu clam elapsus vix solus autigit

a) presul Hermannus A 3. b) fundimus A 3; lacrimis fundimur C. c) de-
 dicata — oct. *fehlt* A 1^a.
 III, 12 (A 1^a, 2^a, 3, B, C). — a) XV. kal. Nov. *fehlt* A 1^a. b) Znogem
 A 1^a. c) Helbyrk C 1, 2; Kerberk A 3. d) Luth. A 3 *offer*; Luth. oder Luth.
 C 1^a und C 3 *offer*; Luth. C 2. e) so A 1^a, 3; Rakoniz C 2^a; Rakoniz die *bringen* *
 f) Hidel A 2^a. g) quod A 3. C 2^a. h) Luth. A 2^a, 3^a; Luth. C 2^a auch *senst*.
 i) Gotfr. A 2^a; Gotfr. A 3. C 2^a. k) Wranov A 2^a. C 1^a, *nov* C 1^b, 2^a.
 l) Luth. C 2^a auch *senst*. m) in C 2^a; in, *Korr.* VI, A 2^a. C 1^b; tertia C 2^b.
 n) ea victa victus A 3.
 o) pugnata quae tuta fames.

1) Leopold III, der Heilige, 1096—1136, *Kronen* (vgl. *Stammitafel im*
 2. Bd. der *österreich. Gesch.*) nennt sie Gerbergy, ebenso *Juritsch*, *Gesch.* 40
 der *Babenberger* S. 119. Vgl. auch *Meyer v. Knovau* V, 65, N. 11;
Riezler, Gesch. Bayerns I, 559. 2) Aus dem *Geschlecht der Grafen*
von Haabs; vgl. *Vantsa, Gesch. von Niederösterreich* I, 255, N. 2.
 3) Nicht *Ketz*, sondern *Haabs*; vgl. *meine Gesch. Mährens* S. 229, N. 2.
 4) *Frain bei Znaim an der Thaya*. 5) *Luccan, Phars.* IV, 410: ex-

omissis ibi suis militibus, qui facto mane semetipsos et
 castrum tradunt in manum ducis. Interea dum hec pugna
 geritur, Paulik^a, filius Marquardi^b, pedagogus Wla-
 dizlai^c, sagittatus moritur, item Dobes^d, filius Lztimir^e,
 dum per vicem suam servat vigilas noctis, occiditur. His
 duobus amissis et redita urbe Gotfrido dux victor cum
 suis reneat in Boemiam.

XIII. Iamque Christi nativitate appropinquante et
 propter venationem in villa Stbecna^a, duce morante qua-
 10 dam die inter prandendum fertur dixisse dux ad quendam
 venatorem^b, qui non longe ab eo ad quartam sedebat
 mensam: 'Heus Cucata^c, putas me nescire, quis sit
 inter vos^d, qui me querit interficere?' Et ille, sicut homo
 erat vehementis in verbis, clamat^e: 'Procul Deus hoc^f
 15 avertat nec tuus oculus parcat^g, quin ipse cicuis occi-
 datur, qui talia machinatur.' Ad hec dux: 'Ah^h bone
 virⁱ, ait, 'nulli fas est evitare inevitabile fatum'^j. Postera
 autem die, quia sancti Thome apostoli erat vigilia,
 20 mane audita missa it venatum, et cum in nocte iam
 rediret, occurrunt ei ante villam apparitores cum laternis
 et facibus^k. Moxque Lork^l, impius latro missus a dia-
 bolo, prosilit ex latibulo precinctus gladio et, ut fortius
 valuit, inter ipsa illa duem percussit venabulo. Non aliter
 dux^m cadit in medio lutoⁿ, ac

Si clarus Lucifer^o celo cecidisset ab alto.

Advolat extemplo^p lugubris turba suorum,
 et extracta hasta^q seminecem levant ducem. Ille autem
 minister Satane^r, dum acceleret fugam per noctem opa-
 cam, precipitatur cum equo in cisternam,
 30 Quam preceps torrens decurrens fecerat ymbre.

a) Paulic A 2^a; Pawlyk C 1^b, 2^a. b) Markwardi C 1^a,
 C 1^b, 2^a. c) so A 3; Lztimir A 1^a; Lztimr A 1^a; Lztimr C 1^a, 2^a, 3;
 Lztimr C 2^a; Lztimr C 1^b.

III, 13 (A 1^a, 2^a, 3, B, C). — a) so B. C 2^a; Stbecna C 1; Stbecna A 1^a;
 C 1^b und *aderpessereben* C 3; Stbecna C 2^a; Stbecna A 2^a; b) *fehlt* A 3. c) Lucco
 Shenca A 3; Stbcna C 3; Stbcna C 2^a; tucata C 2^a; pucata A 1^a. d) procl.
 A 3. e) *fehlt* A 2^a. f) ach C 1, 2; ach ach A 3. g) fac. et armis A 3.
 h) Lork A 2^a; Lark A 3. i) dux Br A 3. k) lucco B*. l) extemplo C 3*
 auch *senst*. m) asta A 2^a. n) sath- *sehr* off. A 1^a, 3. B. C.

1) *Wohl derselbe wie oben* S. 118, Z. 2. 2) *Das ist der nach-*
malige König Wladislavus I., Sohn des Königs Wratislavus I. 3) S.
 oben S. 62, Z. 31. 4) *Journ.* 3, 21: unus ex vobis tradet me; 7, 20:
 quid me quaeritis interficere; vgl. *auch unten* N. 7. 5) *Deut.* 13, 8;
 neque parcat ei oculus tuus; vgl. *Deut.* 7, 16. 6) *Chart.* IV, 6, 17;
 40 *Manlius II*, 112: inovit. fat. 7) *Jocann.* 18, 3: Iudas . . . venit illic
 cum laternis et facibus. 8) *Isai.* 14, 12: quomodo cecidisti de caelo,
 Lucifer.